



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

60 Episcopi habent jurisdictionem delegatam à lege in pluribus casibus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

fuisse, ut in Clementia Papa VIII reg. 9.

- 55 Debetque citatio delegati fieri cum insertione tenoris rescripti, quia, nisi citatus de sedis Apost. delegatione certioratur, non tenetur comparere. c. cum in iure, de off. deleg. Innoc. in c. praterea, nu. 1. & ibi
- 56 Holt. de dilat. utrum verò delegatio transeat ad successorem, est distinguendum quia, aut est facta Dignitati, aut nomine proprio expresso, primo casu, delegatio facta Dignitati transit ad successorem in Dignitate, si verò est facta proprio nomine in litteris delegationis expresso, tunc non transit ad successorem in Dignitate. c. quoniam Abb. & ibi glo. in ver. substitutum, & Abb. n. 3. & 7. de off. deleg. Delegatus enim Papæ, vel alterius Principis habet privilegium à lege, ut possit subdelegare. c. pastoralis ubi etiam Abb. nu. 1. eod. tit. & § 1. à judi. C. de jud. & est ratio, quia in causa delegata delegatus est major quocunque Ordinatio. l. fin. § pen. in ff. de dama. inf. cap. sane. il. 2. de off. deleg. & cap. pastoralis. de off. Ord. cum Ordinatus possit multò fortius delegatus Papæ, vel principis, poterit subdelegare, & pluribus casibus ampliatur, & limitatur dicta regula, ut per Felyn. in c. super quest. n. 12. & 13. ubi quando subdeleg. possit etiam subdelegare de off. deleg. & Abb. in c. cum Bertold. nu. 25. de re. judic.

Delegatam jurisdictionem à lege habent Episcopi in pluribus casibus: Et § 9 primò, si Abbates negligentes fuerint in habenda lectione sacræ scripturæ, aut in monasterijs monachorum, ubi commode id fieri potest, si nullus, cui lectio quoque assignata fuerit, magister erit electus, Episcopi & locorum uti Sedis Apostolicæ de-

legati, eos ad id opportunis remedijs compellere possunt. cap. 2. de magister. conc. Trid. cap. 1. vers. qua in re. de reform. sess. 5. & sacra cong. conc. super eo. c. 1. in decis. sub. tit. Burgen.

61 Secundo, contra prædicatores errores, aut scandala disseminantes in populum, etiam si in monasterijs suorum, aut aliorum ordinum prædicent, & si hæreses prædicaverint, contra eos secundum juris dispositionem, aut loci consuetudinem, etiam si prædicatores ipsi generali, vel speciali privilegio exemptos esse prætendant, Episcopi auctoritate Apostolica, & tanquam Sedis Apostolicæ delegati, procedere possunt. conc. Trid. c. 2. vers. si verò, quod absit. de reform. ead. sess. 5.

62 Tertio, ne parochiales ecclesiæ, aut alia beneficia personalem residentiam requiruntia suis debitis defraudentur obsequijs, indultis, & dispensationibus de non residendo minime obstantibus, officium est Episcoporum, tanquam Sedis Apostolicæ delegatorum, providere, ut per deputatorem idoneorum vicariorum, & congruæ portionis fructuum assignationem, animarum cura nullatenus negligatur, quocunque privilegio, aut exemptione, non obstante cap. cum ex eo. §. porro. de elec. in 6. Conc. Trid. in c. 2. sess. 6. de reform. & sess. 7. c. 5. & c. 7.

63 Quarto, quia nemo secularis clericus, aut cuiusvis ordinis regularis, extra monasterium degens, etiam sui ordinis privilegij prætextu, tutus esse potest, quominus, si deliquerit, ab Episcopo loci, tanquam super hoc à Sede Apostolica delegato, secundum canonicas sanctiones, visitari, puniri, & corrigi valeat. concil. Trident. c. 3. ead. sess. 6. c. 4. de refor. sess. 14.

Bb 3 & sacra